bonis. Nolite errare [illegible] non ir
ridetur. Que enim seminauerit ho:
hec et metet. Quoniam qui seminat
in carne sua. de carne et metet cor
ruptionem. Qui autem seminat in spiritu:
de spiritu metet uitam eternam. Bonum
autem facientes non deficiamus. tempore
enim suo metemus non deficientes.
Ergo dum tempus habemus operemur
bonum ad omnes. Maxime autem ad
domesticos fidei. Videte qualibus
litteris scripsi uobis mea manu. Qui
cumque enim uolunt placere in carne.
hii cogunt uos circumcidi: tantum ut [illegible]
[illegible]
Neque enim qui circumciduntur legem
custodiunt: sed uolunt uos circumcidi.
ut in carne [illegible] gloriantur. Michi autem
absit gloriari nisi in cruce domini nostri
ihesu christi: per quem michi mundus crucifixus
est et ego mundo. In christo enim
ihesu. neque circumcisio aliquid ualet.
neque preputium: sed noua creatura. Et
quicumque hanc regulam secuti fuerint
[illegible] pax et misericordia super illos et super israel
dei. De cetero nemo michi molestus
sit. Ego enim stigmata domini ihesu in
corpore meo porto. Gratia domini nostri ihesu
christi cum spiritu uestro fratres. amen. Incipit
argumentum ad ephesios.

Ephesii sunt [illegible]
asiani. Hii accepto uerbo ueritatis:
perstiterunt in fide. Hos collaudat
apostolus scribens eis ab urbe
roma de carcere per tychicum di
aconum [illegible] Explicit argumentum.

Incipit epistola ad ephesios.

[illegible]

Paulus apostolus [illegible]
ihesu per uoluntatem
dei. sanctis omnibus qui
sunt ephesi et fide
libus que sunt in christo
ihesu. Gratia uobis et
pax. a deo patre nostro et domino
ihesu christo. Benedictus deus et pater
domini nostri ihesu christi. qui benedixit
nos in omni benedictione spirituali
in celestibus in christo: sicut
elegit nos in ipso ante mundi
constitutionem. ut essemus
et immaculati in conspectu eius
in caritate. Qui predestinauit
nos in adoptionem filiorum per
ihesum christum in ipsum. secundum pro
positum uoluntatis sue. in lau
dem glorie gratie sue: in qua
gratificauit nos in dilecto
filio: in quo [illegible]
[illegible] sanguinem eius re
missionem peccatorum secundum diuitias
gratie eius que superabundauit in nobis
in omni sapientia et prudentia. ut
notum faceret nobis sacramentum uolun
tatis sue. secundum bonum placitum eius
quod proposuit in eo. in dispensatione
plenitudinis temporum. instaura
re omnia in christo que in celis et que in terra
sunt in ipso. In quo et nos sorte uoca
ti sumus predestinati secundum propositum eius
qui omnia operatur. secundum consilium uo
luntatis sue: ut simus in laudem glorie
eius. qui ante sperauimus in christo. In quo et
uos cum audissetis uerbum ueritatis e
uangelium salutis uestre. in quo et cre
dentes signati estis spiritu promissionis